

ios secundum apostolum ad Ro. constituit irę filios secundum legem communę. Vnius obedientia reparauit totum mundum à lapsu in peccatū, & iusto Dei iudicio condemnatū. Ecce in proposito. Non est ratio, cur se ostendere debuit sacerdotibus legis à summo sacerdote curatus, nisi, quia dominus voluit. Nūquid, vt sua prece mundarent, quem omnipotens iā curauit? Nunquid, vt mundum iudicaret, quem viuorum, & mortuorū iudex absoluit, & facti euidētia mundum ostendit? Nunquid, vt oblati donis eos sustentaret sacerdotes, qui sacerdotio indigni erant, & contra summum sacerdotem Christum conspirauerant? Sed certę, vt obedientia legis iā finiendę, obedientia legis euangelicę, & æternę nobis cōmēdaretur, à qua nemo se abstrahere pōt, q̄ salutē desyd.

Hinc etiā trahitur doctrina, quod, & si peccator à peccatorum lepra curatur forti peccatorum propter Deum detestatione, nihilominus & ecclēsię debet reconciliari in peccatorum suorū pro loco, & tempore sacramentali confessione. Pnitentia. n. vera confessionē includit in voto. Quod & in Lazari resuscitatione dominus significauit, quę iam uiuificatū apostolis soluēdū dedit Io. 11.

Potētia  
Dei omnibus  
sensissī-  
ma.

Tertiō in specie tangitur potentia Dei omnibus præsentissima, qui sicut omnia nouit, ita solo verbo omnia potest, non verbo, quod transit prolatum, sed verbo, quod manet æternaliter natū, Dixit. n. voluntate practica, & facta sunt omnia. Ei enim cum uoluerit, sub est posse, hoc credens Centurio dixit, domine non sum dignus &c. sed tantū dic verbo & sanabitur puer meus. Hęc potentiam super præsentem considerantes excitatur in nobis timor, & humilitas, cum sęper ante oculos agimus iudicis cuncta cernentis. Hoc qui credit, quō non timeret? Quō non sese humiliaret coram iudice, qui nihil relinquet inultum? Eccl. 11. Hinc ait Boet. in fine libri sui, Aduersaminū vitia, colite virtutes, ad rectas spes animū subleuate, humiles preces in excelsa porrigite. Magna enim vobis (si dissimu-

lare non vultis) necessitas est indicta probitatis, cum ante oculos agimus iudicis cuncta cernentis.

DOMINICA III. POST  
octa. Epiphanię Sermo. 1.

in ordine.

XVI.

ASCENDENTE Iesu in nauiculam &c. Mat. 8.

Pulchro paradigmatē ostendit euangeliū occurrentibus periculis, quę nostra virtute euadere non possumus, quo spes nostra est solidanda, & dirigenda. Ecce ascendit dominus in nauiculā prior nostra infirma in se suscipiens, sequuntur discipuli periculis maris se committentes. Intumescit mare, fluctū excitantur, non parui, sed quibus nauicula operiretur. Non fuit in potestate discipulorum sedare fluctus, sed nec cōtra remigare, nihil præter periculum conspiciunt. Inter hæc dominus dormit, quasi homo infirmus, quasi periculorum ignarus. Accedunt discipuli, nõ modeste, sed impetuosē tanquam timidi irruunt, secundum glo. Excitant dormientem, orant, vt saluet is, qui dormit, di Domine salua nos, perim⁹. Nec frustra. Nam surgit dominus, ventis imperat, & mari, & facta est tranquillitas magna. Hęc historia, sed latent mysteria magna, ac doctrinę salutares. Pro quibus. Aue Maria.

De spe  
nostra in  
Deum di  
rigenda.

Prima doctrina, Non turbari debet animus hominis ad meliora tendentis (Ad meliora tendit, qui Christi legi viuit, qui in amore Dei & proximi consistit) si contra eum insurgunt tentationes. Si permittete dño bonorū omniū inimicus excitet ventos contrarios superborum, intumescētes fluctus carnalium, sed magis ex hoc præsumere fiducialiter præsentiam saluatoris, errore se decipiunt, qui idcirco dominum colunt, vt temporali quiete, & carnis voluptatibus fruantur. Non ad præsentis tps bona facti sumus christiani, sed ad aliud, quod præmisit in futuro. Aug. in